QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Feudum ligium quod dicatur.*
2 *Et an poſſit quis eſſe homo ligius duorum dominorum.*

Ex Additionibus.

1 *Feudum ligium vnde, & quid.*
2 *Non ligium quod dicatur.*
3 *Num in inueſtitura nominatim exprimi neceſſe ſit, vt feudum ſit ligium.*
4 *An quis poſſit eſſe homo ligius duorum dominorum.*
5 *Nemo duobus dominis contrarijs ex aſſe ſeruire poteſt.*

ADDITIONES.

QVÆST. XI.

1 QVæro, quod dicatur feudum ligiũ? Reſpondeo quod feudum a ligium eſt, in quo tria concurrunt. Primũ, quod b in inueſtitura expreſſe dicatur, quod ſit ligiũ. Secundum, quòd vaſallus ſubijciat principaliter poteſtati domini perſonam ſuam, & conſequẽter omnia bona ſua, etiã nonfeudalia. Tertium, quod iure illi fidelitatem, nulla alterius fidelitate reſeruata. Et ita eſt communis opin. ut dicit Curt. iun. de feud. in 1. par. q. 8. verſ. quinto ſub hac.

2 Hinc infertur, quod non poteſt c aliquis eſſe homo ligius c d duorum dominorum, vt dicit glo. in Clem. paſtorali. §. deniq; in verbo, Homo ligius, de re iudic. quæ in hoc communiter approbatur, ut dicit Iac. de homag. nu. 6.

a FEudum ligium.] Item feudum ligium eſt illud, quod ab Imperatore eſt conceſſum præſtita fidelitate abſolutè, & nullius alterius fidelitate conſeruata, per Alexandrum in conſ. 30. num. 3. libro 1. & Iac. in ſuis Quæſtionibus feudalibus, numero quarto. *Giach.*

1 *Feudum ligium eſt.*] Feudum † ligium (à ligando ſic dictum, & per excellẽtiam, quod videlicet ſub arctiſſimo fidei nexu confe ratur) definiunt, in quo iuratur fidelitas contra homines, nullo penitus antepoſito, aut excepto. Non 2 † ligium vocatur, quando vaſallus iurat fidelitatem domino, alio antepoſito, ſeu excepto. Ita diuiſionis huius fundamentum extat in tit. 52. §. ſatis. ibi, fidelitatem nullo antepoſito. lib. 2. F. & in extraordinar. capit. tit. 99. lib. 2 F. item in Clement. Paſtoralis. §. rurſus. de ſent. & re iudic. De eadem diuiſione videantur Io. Borcholt. in Comment. in conſuetnd. feudor. c. 4. nu. 22. Henricus a Roſenthal. in tract. feud. c. 2. concl. 3. D. Bocer. in tract. de qualit. & different. feud. c. 5. nu. 67. & ſeqq. Vulteius lib. 1. de feud. c. 8. nu. 20. Obrecht. de feud. diſp. 2. th. 194. & aliquot ſeqq. Guer. Piſo Soacius in prælud. feud. c. 43. Duaren. in Comment. feud. c. 4. Forcatu. de feud. c. 3. Schneidevvin. par. 1. de feud. nu. 42. Schrader. in tract. feud. par. 2. c. 4. nu. 1. & ſeqq. alijque per hos citati. *Harprec.*

b *Quod in inueſtitura expreſſe dicatur quod ſit ligium.*] Feu- 3 dum † uon aliter ligium dici poſſe, niſi expreſſe, atque nominatim in inueſtitura cautũ ſit, vt feudum ligium cenſeatur, præter Clarum noſtrum, exiſtimant Bal. in c. inter dilectos. 6. col. 6. extr. de fide inſtrument. Iaſ. in prælud. feud. nu. 108. Curt. iun. in tract. feud. par. 1. q. 8. nu. 22. Io. Farrar. in tract. feud. lib. 1. c. 6. diuiſ. 6. Schneidevvin. d. part. 1. de feud. nu. 45. & Andr. Gail in tract. de arreſtis Imperij. cap. ſexto, numero 30. Verum cum ex ipſo tenore inueſtituræ, ſeu ex forma fidelitatis ſatis appareat: an ne feudum ligium, vel non ligiũ ſit: cum iuret vaſallus fidelitatem contra omnes homines, nullo antepoſito: non opus eſſe videtur vlla certa expreſſione, per notata Neuizani conſil. 13. numero nono, Tiraquelli de retract. municip. § 32. gloſſ. vnica. numero 25. in fin. Schraderi in tract. feu. part. 2. cap. 4. num. 3. Vulteij d. lib. 1. cap. 8. num. 22. Obrech. d. diſput. 2. theſau. 218. Boceri dict. cap. 5. nu. 72. & Henrici a Roſenthal. d. tractat. feud. cap. 2. concluſ. 3. numer. octauo. *Harprec.*

c *Homo ligius.*] Hic ſcias, quod appellatur homo ligius quaſi ligatus. Iac. in ſuis dictis quæſtionibus num. 5. qui num. ſeq. dicit, quod feudum non ligium appellatur, quando præſtatur fidelitas ſimpliciter, vel quando excipitur in fidelitate alius dominus. *Giach.*

Quod non poteſt aliquis eſſe homo ligius duorum domino- 4 *rum.*] Quod † in feudo ligio vnus non poſſit duorum eſſe 5 homo ligius euidens ratio ſua det: quia † nemo duobus dominis contrarjis, ſed vni tantum ex aſſe ſeruire poteſt. Matthei cap. 6. verſ. 24. l. ſi, vt certo. 5. §. ſi duobus, ff. commodat. quia, inquam, pugantia ſunt; hominem ligium eſſe duorũ: cum in feudo ligio nullus excipiatur. D. Obrecht. d. diſp. 2. th. 210. Paul. Berens diſp. 1. feud. th. 44. *Harprec.*

d *Vt dicit gloſſ.*] Adde Specul. tit. de feud. §. quoniam ſuper homagijs, verſ. 10. quæratur, & Bald. in prælud. feud. in 6. diuiſ. in fin. quod ſecus eſt in homine non ligio, qui duobus homagium facere poteſt, cap. grandi, ibi. vel cuicunque alteri perſonæ, de ſup. neg. præl. libro ſexto, verſic. feudo ligio, vide Gulielm. de Bened. in cap. Raynut. verſ. mortuo itaque teſtatore 2. de teſtam. & in verb. & vxorem nomine Adelaſiam in 3. deciſ. *Gouean.*

QVAESTIO XII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Feudum francum, quod dicatur.*

Ex Additionibus.

1 *Feudum francum quodnam dicatur.*
2 *Feudum francum quamquam a ſeruitijs; non tamen a fidelitate eſt liberum.*

ADDITIONES.

QVÆST. XII.

1 QVæro, quod dicatur feudũ francum? Reſpond. quod a feudum francum dicitur, in quo duo concurrunt. Primum, quod in inueſtitura expreſſe dicatur, quod ſit francum. Secundum, quod inueſtitus non teneatur, niſi ad ſeruitia, quæ ſunt expreſſa in inueſtitura: & iſta eſt communis mens Doctorum, vt dicit Curt. iun. de feud. in prima parte, quæſt. 8. verſicul. Secunda principalis.

a FEudum francum.] Et ſecundum Iacob. vbi ſupra numero ſecundo appellatur francum, quando pro illo feudo non eſt præſtanda aliqua fidelitas: itẽ quando proprietas eſt infeudata. Nam ex pacto bene poteſt dominium cõcedi feudatario, ne dum vtile, ſed etiam directum: & tunc appellatur feudum francum, & ibi retulit Baldus, atque Ioannes Monacus iſtud dicentes. *Giacharius.*

Feudum francum.] 1 Feudum† francum appellatur, quod ita datum eſt vaſallo, vt ab omnibus ſeruitijs immune ſit, & liberum. Francum enim Gallico idiomate liberum dicitur. Sonsbecc. in comment. ad vſus feud. part. 3. nu. 25. Borcholt. in comment. in conſuet. feud. c. 4. nu. 20. Z. in Epit. feud. par. 2. c. 4. nu. 6. Vult. lib. 1. de feu. c. 8. nu. 50. Schnei- 2 devvin. de feu. par. 1. nu. 53. Licet † autem hoc feudum ſeruitiorum ſit expers: non tamen a fidelitate liberum cenſetur. Quia ſeruitia non ſunt pars aliqua feudi ſubſtantialis, ſicut ipſa eſt fidelitas. Proinde à ſerui ijs ad fidem ipſam conſequentia neutiquam procedit. Sed ea de re vide latius differentes Schneidevvin. d. loco. Paulũ Berens, diſp. 1. feud. theſſ. 75. & 76. Schrod. d. par. 2. c. 4. nu. 7. & ſeq. nec non D. Bocer. in tract. de inueſtit. feud. cap. 4. nu. 14. *Harpr.*

QVAESTIO XIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Prælatus an poſſit concedere in feudum bona Eccleſiæ.*
2 *Et quid in feudo decimarum.*
3 *Et quid in feudis apertis tempore prædeceſſoris ſui.*
4 *Et quando dicatur res eccleſiæ ſolita, vel non ſolita infeudari.*
5 *Et an poſſit prælatus infeudare tales res etiam conſanguineis ſuis.*
6 *Et an in tali infeudatione interuenire debent ſolemnitates requiſitæ in alienatione eccleſiæ.*
7 *Et an poſſit prælatus eo caſu alienare, aut mutare cõſuetudinem ſecundum quam tales res ſolita erant in feudis concedi.*
8 *Et an ſi illam alteret, infeudatio vitietur.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus Prælatus res eccleſiaſticas in feudum dare poſſit, remiſſiue.*
2 *An, & quatenus Eccleſiæ Prælatus vt extraneis, ſic & conſanguineis ſuis, rem infeudari ſolitam, in feudum concedere queat, remiſſiue.*

ADDITIONES.

QVÆST. XIII.

1 QVæro, nunquid prælatus a poſſit in feudum concedere bona eccleſiæ? Reſp. quod non niſi eſſent res ſoli- b tæ b infeudari. Nam illas vtique poſſet Prælatus, poſtquã eſſent ad ipſam eccleſiã reuerſæ, alijs in feudum concedere. Ita colligitur ex tex. in c. 1. de his qui feudum dare poſſunt.

2 Sed quæro, nunquid hæc concluſio locum habeat etiam in feudo decimarum, quod ſolitũ ſit laicis infeudari, vt ſcilicet, ſi ad eccleſiam reuertatur, poſſit Prælatus illud alteri laico in feudũ cõcedere? Reſp. quod ſic, & ad hoc allegatur gloſ. in cap. prohibemus. in verbo, Laicos, de decimis, qua tamen hoc non dicit. Sed hãc opin. clarius tenuit Flor. quem refert Imol. in c. ex parte, poſt num. 49. de feud. ſubdens, quod hæc opin. communiter ſeruari videtur. Et poſt eũ ita dicit communiter teneri, & obſeruari in practic. Iaſ. conſ. 155. in fi. lib. 2. & in d. c. 1. num. 13. de his qui feud. dare poſſ. illum etiam refert Curt. iun. de feu. in 2. part. prin. q. 8. Dec. conſ. 131. paulò ante fi. Licet enim regulariter decimæ apud laicos eſſe nõ poſſint: tamẽ ex quo erant ſolitæ laicis infeud. præſumitur eas licite apud ipſos laicos fuiſſe, et conſequenter etiam alijs laicis concedi poſſe.

3 Sed nunquid poterit Prælatus infeudare non ſolũ feuda, quæ tempore ſuæ prælaturæ aperiuntur, ſed etiam ea, quæ tẽpore prædeceſſoris ſui aperta fuerũt? Reſp. Gloſ. in d. c. 1. in princ. in verbo, Feudũ dare tenuit quod non: ſed illa gl. in hoc commnniter probatur, vt dicit Gui. Pap. deciſ. 154. poſt n. 2. Bene verum eſt, ꝙ ſi aperiatur feudũ tẽpore vnius prælati, et ille prælatus tale feudũ apertũ, et ſolidũ infeudari nõ infeudet, ſed recipiat fructus, & decedat, ſi deinde ſucceſſor ſuus reperiat illud feud. inter bona mẽſæ, nõ poterit illud inconſulto Rom. Põt. infeudare, ſi tenuerit per annũ inter bona mẽſæ ſuæ, et nõ infeudauer. Ita ſẽtiũt oẽs, vt dicit Guido Pap. in d. deciſ. 154. poſt n. 3. verſ. ſed ſi dicta. & ſecundũ hanc concluſ. in facti cõtingẽtia iudicauit Parlam. Delphinale, vt in ead. deciſ. in princ.

4 Nunc pro intelligentia quæro, quõ dicatur res eccleſ. ſolita infeudari? Aliqui dicũt, ꝙ dicitur ſolita infeudari, quãdo reperiũtur duæ infeudationes illo modo factæ, ſimul cũ curſu 40. annorũ: & fuit opin. Iacobi de Beluiſ. in d. c. 1. de his, qui feu. dare poſſe, quã dicit eſſe cõem Iaſ. conſ. 155. col. pen. verſ. non obſtat ſecũdũ. li. 2. vbi etiã col. 2. verſ. quarto facit. dicit, ꝙ ab hac concluſ. non diſcrepat. Multi etiã dicunt ſufficere, ꝙ præceſſerit vna tantũ infeudatio ſolemniter facta ſine aliquo temporis curſu, vel pluralitate actuum. Et hanc opi. dicit cõem Curt. iun. de feu. in 1. part. 2. partis princ. q. 4. Ruin. conſ. 35. n. 30. lib. 1. Sed hæc opin. non tranſit ſine difficultate, ideò prima eſſet tenenda, tanquam tutior, & quæ minus fauet alienationi rerum eccleſiaſticar. Ad hoc aũt, vt dicatur nõ ſolita amplius infeudari, requiritur, vel ꝙ expreſſe Prælatus eã deſcribi faciat inter bona menſæ eccleſia, vel

PRælatus.] Adde hic, quod Prælatus habẽs adminiſtrationem bonorũ Eccleſiæ, habet poteſtatem locandi res Eccleſiæ, ſine auctoritate ſuperioris dummodo locatio nõ fiat ad longum tempus, & tendat in utilitatem Eccleſiæ: & poteſt hoc caſu Eccleſiam obligare. Commune dixi in collecta. mea commun. opinion. in uerbo, Prælatus, numero primo, ſecundo, & tertio. *Giach.*

Prælatus.] In hac quæſtione Doctores uariè loquuti ſunt, crebrior tamen opinio eſt, & ueriot, quòd Prælatus rem antiquitus infeudari ſolitam poſſit infeudare non ſolum extraneis, ſed etiam conſanguineis ſuis, & affinibus, Bal. l. 1. quæſt. 25. ff. de rer. diu. Aluar. in cap. 1. ſi de inueſtit. inter dom. & uaſſal. lis oriat. *Gouean.*

Nũquid Prælatus poſſit in feudum concedere bo- 1 *na Eccleſiæ.*] An † & quatenus Prælatus res Eccleſiaſticas in feudum concedere poſſit, poſt ueteres Interpretes, & Clarum noſtrum, latiſſimè explicant Schraderus in tractatu feudal. parte quarta, cap. 2. num. 8. cum ſequentib. Henricus à Roſenthal. in tractatu totius iuris feud. cap. 4. concl. 18. & aliquot ſeqq. & D. Collega Bocerus claſſ. 5. diſp. 14. theſ. 7. & ſeqq. edit. 2. item in tractatu de inueſtitura feudi, capit. 3. numero 55. Hucque referri poterunt, quæ annotaui ſupra in §. Emphyteuſis, quæſtion. ſexta. *Harpr.*

b *Solita infeudari.*] Ad idem, quod Prælatus poſſit infeudare bona Eccleſiæ ſolita infeudari, habetur per Crauett. in conſil. 54. col. prima. Quando vero res nõ eſſet ſolita infeudari, aduerte quod ſolemnitas Eccleſiaſtica requiritur in infeudatione noua, & perpetua conceſſione in emphyteuſin, capit. nulli. de rebus Eccleſ. non alienan. capit. primo, de feud. cum alijs allegatis per Alexan. in conſil. 78. numer. 3. vol. 1. vnum tene menti in materia, quod ſolus Prælatus Eccleſiæ propter benemerita recipientis, poteſt alienare naturam feudi in Emphyteuſi concedendo feminas, vel in alias generationes permiſſas, facta tamen mentione de benemeritis, & meritis probatis, per Marin. Anguiſſol. in conſilio 46. ſub numer. decimotertio. Imò poteſt alienare ex cauſa remunerationis per Rolan. in conſil. 18. num. 64. lib. 2. quem vide nu. 67. *Giach.*

Con-

c *Conſanguineis.*] Adde, quod Bald. in l. 1. ff. de rerum diuiſ. ex mente Iacob. de Beluiſ. idem dicit, quando feudum eſt antiquū, quia non eſt ſuſpicio, quod feudū deterioretur. Imò Prælatus illos de ſui ſanguine tenetur præferre alijs: ſecus ſi infeudatio, vel datio in emphyte. fieret de nouo, per Iacob. in ſuis quæſtionib. feudalib. quæſt. 27. *Giach.*

Non ſolum extraneis, ſed etiam conſanguineis.]
2 An † & quatenus Eccleſ. Prælatus, vt extraneis, ſic & conſanguineis ſuis, rem infeudari ſolitā, & Eccleſiæ apertam, in feudū largiri poſſit, præter Clarum noſtrum, & ab eo hic allegatos, declarāt Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 54. Fachin. lib. 7. controuerſ. iur. cap. 31. Mynſing. cēt. 5. obſer. 47. Roſenthal. d. c. 4. cōcl. 23. & Dn. Bocer. d. diſput. 14. theſ. 10. & d. tract. de inueſtit. feud. c. 3. nu. 56. & ſeq. Deque eadē quæſt. videātur, quæ allata ſunt ſupra in d. §. emphyteuſ. q. 6. nu. 18. & ſeqq. *Harpr.*

d *Solemnitates.*] At ſi non ſint ſolitæ infeudari, tunc requiruntur, vt dixi ſupra, ſub Apoſtill. ſignata littera B. ibi vide. *Giach.*

e *Alterare.*] Aduerte, quod poteſt alterare propter benemerita recipientis, vt dixi ſupra. Adde nūc duas alias limitationes de quibus per Apoſtil. ad Alexand. eod. conſ. 9, in 1. Apoſtill. quas ibi vide per te: eas non tranſcribo. *Giach.*

quod per multum tempus cōlegerit fructus ipſius rei ſolitæ infeudari, put ſolitus eſt facere de alijs rebus incorporatis. Et hanc opin. quod ſcilicet requiratur huiuſmodi declaratio expreſſa, vel tacita dicunt magis eſſe communē, quidam moderni, quos refert Curt. iun. in d. 1. parte 2. partis prin. q. 5.

5 *Vlterius quæro, nunquid poſſit Prælatus huiuſmodi res, poſtquam ad eccleſiā reuerſæ ſunt, infeudare non ſolū extra*
c *neis, ſed etiā conſanguineis et affinibus ſuis? Reſpon. quod ſic dummodo talis infeudatio non ſit multū onèroſa eccleſiæ, uel alias ſuſpecta. Ita tenet Bal. in d. c. 1. n. 9. et eſt communis ſententia, vt ait Curt. iun. in 1. parte 2. par. tprincipalis, q. 7. quē refert Rip. de peſte in c. 2. de remedijs præſeru. nu. 170. Iaſ. in d. c. 1. poſt n. 19. de his qui feu. dare poſſ. Zaſi. de feu. in 5. parte. verſ. Quarta concluſio. Et ita de conſuetudine obſeruari videtur, qa hodie potius agnatis, quā alijs beneficia à Prælatis concedentur, vt dicit glo. in c. 1. in princ. in verbo, In clericor. ſi de inueſtitura inter domin. et vaſal. &c. Quæ quidē conſuetudo non eſt prorſus improbanda, modo iſti agnati ſeu affines ſint alias probi, & idonei. Sed caueant prælati, ne dum proximos ſuos immerito bonis eccleſiaſticis ditare contendūt, ipſi eorum, & ſuas animas illaqueent in æternam dānationem.*

6 *Item quæro, an in tali renouatione infeudationis interuenire debeant illæ debitæ ſolem*
d *nitates,* [d] *quæ in rei eccleſiaſt. alienatione requiruntur? Reſpon. quod non. Ita tenent Bart. in auth. qui rem, n. 4. C. de ſacroſ. Eccle. Abb. in c. vt ſuper, n. 11. de reb. eccleſ. non alien. & eſt cōmunis ſentētiam, vt dicit Curt. iun. de feu. in 1. parte 2. partis prin. q. 1. Et quod poſſit Prælatus ſolus, & ſine conſenſu capituli huiuſmodi res ſolitas infeudari alijs in feudū concedere, dicit eſſe communē concluſionem Doctorum Soc. cōſ. 102. n. 23. lib. 3. Claud. in d. c. 1. de his, quid feu. dare poſſ. Et ita etiam communiter de conſuetudine teneri atteſtatur. Zaſius de feu. in 5. parte, verſ. Secunda concluſio. Et in hoc modica eſt inter Doct. controuerſia.*

7 *Scias tamen, quod ſicut Prælatus non poteſt infeudare res eccleſiæ non ſolitas in feudum concedi: ita etiam in tali reno*
e *uatione infeudationis non poteſt alterare,* [e] *aut mutare conſuetudinem, ſecundum quam erant ſolitæ concedi. Ita dicit Bar. in d. Auth. qui rem. n. 8. & eſt communis concluſio, vt dicit Alex. conſ. 9. n. 2. lib. 3.*

3 *Sed quid ſi alteret, aut mutet ipſam conſuetudinem, nūnqid feudatio vitiabitur? Reſpon. quod quatenus in hac renouatione exceſſit formam cōſuetam, proculdubio vitiatur, & in hoc nemo diſcrepat. Et hanc concluſiouem dicit eſſe communem, Curt. iun. in d. 1. parte 2. partis, in 6. q. col. & 2. quatenus autem ſolitæ ſunt concedi ſuſtinetur. Et ita dicit eſſe veram, & cōmunem ſententiaw, Cur. iun. in d. 6. quæſt. col. pen. Tu vide, quæ dixi ſupra: §. emphyteuſis, q. 6. verſic. Scias tamen.*

QVAESTIO XIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Dominus an poſſit inueſtire aliquem de feudo nondum aperto.*

Ex Additionibus.

1 *An, et quatenus dominus aliquem de feudo nondum aperto inueſtire valeat, remiſſiue.*
2 *Num in feudis ſpes conditionalis inueſtituræ ad hæredes tranſeat.*

ADDITIONES.

a **N***ondum aperto.*] De feudo autem nondum aperto, ac deuoluto, ob extinctam lineam comprehenſorum, poteſt propter amorem patris in filiam illud transferre, commune vide per Roland. in conſilio 41. numero 21. volum. 2. & dixi etiam in collect. mea commun. opin. verbo, dominus, numero 6. *Giach.*

An dominus poſſit inueſtire aliquem de feudo
1 *nondum aperto.*] An, † & quatenus dominus aliquē de feudo nōdum ſibi aperto inueſtire valeat, poſt veteres, & Clarum noſtrum abundè exponūt Borchol. in Comment. in conſuetu. feud. cap. 7. nu. 18. & ſeq. Schrader. in tractat. feud. part. 3. cap. 2. numer. 17. & ſequentib. Vult. libro 1. de feud. cap. 5. num. 17. & capit. 7. num. 46. & 48. Nicol. Mozz. tit. de ſubſtanr. feud. numero 55. eoſque referens Henricus a Roſenthal. in tractat. iuris feud. capit. 4. concluſ. 9. item D. Bocer. in tract. de inueſtitura feu. cap. 5. num. 13. & ſequentib. & Rudinger. lib. 1. variar. lection. iuris feud. capit. 11. & illud hic adden-
1 dum eſt: quod † in feudis ſpes conditionalis inueſtituræ in hæredes actiuè, & paſſiuè tranſmittatur, cap. 1. qui ſucceſſores teneantur, tit. 9. lib. 1. F. cap. 1. qui
2 † ſucceſſ. feu. dare teneāt. tit. 3. lib. 1. F. §. ſub conditione, 4. verſ. ex conditionali. Inſtit. de verb. oblig. Idque explanatius perſequitur Rudinger. d. lib. 1. cap. 12. *Harpr.*

QVÆST. XIV.

1 **Q***Væro, an dominus poſſit inueſtire aliquē de feu.*
a *nōdū aperto, ſcil. quod adhuc per ailum uaſallū legitimè inueſtitū poſſidetur? Reſp. quod ſic, dūmodo inueſtitura ſit concepta ſub conditione, puta, ſi ille uaſallus ſine deſcendentib. aut agnatis ad feudum ipſum uocatis deceſſerit: vel in tēpus, puta, quando ipſū feudum ad dominū iure medio deuoluatur. Et ita concludūt communiter Doct. vt dicit Claud. in l. fi. n. 13. C. de pact. Sed ſi inueſtitura eſſet concepta purè, eſſet penitus nulla, adeò, quod etiamſi poſtea eueniat caſus, quod tenēs feudum moriatur ſine hærede, non tamen poteſt aliquem effectum ſortiri. Ita probat text. in c. 1. hic poteſt eſſe titul. qui ſucceſſores teneāt. & eſt communis opin. vt dicit Aluar. in eod. c. 1. poſt n. 1. verſ. In tex. ibi. Debēt tamen Imperatores & Principes abſtinere ab huiuſmodi inueſtituris concedentis, ne inducant votum captandæ mortis, vt audiui cōtigiſſe noſtris temporib. in quodā Marchione ex primatibus Italiæ, cuius nomen tacetur.*

QVAESTIO XV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Feudum rectum an poſſit conſtitui ſinē inueſtitara.*

Ex Additionibus.

1 *Feudum rectum, ſiue proprium quid.*
2 *Feudum non rectum ſiue improprium, & degenerans quid.*
3 *Feudum rectum ſine inueſtitura conſtitui non poteſt.*

ADDITIONES.

a **F***Eudum rectum.*] Hic ſcias, quod feuda recta conceduntur ex gratia, & non per pecuniam, ſecundum Inn. & Iaſ. citatos per Rolan. in conſ. 23. num. 6. vol. 1. *Giach.*

Feudum rectum.] Feu-
1 dū rectum † ſiue propriū eſt, quod cōmuni, ac regulari iur. feudali cēſetur, et in nulla parte à regulis iuris feudalis recedit: ſed ijs ſimpliciter innititur, tit. 1. §. fi. ibi, proprie iure feudi
2 cēſetur, li. 1. F. Feudū † nō rectum, ſiue impropriū, et degenerans dicitur, quod à communi, ac regulari feudi iur. recedit, d. tit. 1 §. fi. ibi, non iure feudi iudicatur, li. 1. F. tit. 2. § fi. ibi, præter commune feudi rationem, item ibi, contra feudi conſuetudinem, lib. 2. F. & tit. 48. lib. 2. F. De qua diuiſione cōſulantur, poſt veteres, Ludolphus Schraderus in tractat. feu. part. 2. cap. 3. nu. 1. & 2. Vulteius lib. 1. de feud. cap. 8. num. 37. Bocer. in tract. de qualit. & differ. feud. cap. 5. numero 57. Roſenthal. in tract. iuris feud. cap. 2. concluſion. 52. Guerrin. Piſo Soac. de feud. cap. 4. num. 1. Sonsbecc. in Commentar. in vſus feud. part. 4. Borcholt. in Comment. in conſuet. feud. cap. 4. nu. 25. Duaren. de feud. cap. 4. numer. 1. Schneidevvin part. 1. de feud. numer. 31. Henric. Linck. in tract. feud part. 1. nu. 10. & Paulus Berens diſput. feud. 1. th. 70. & ſeqq. *Harprec.*

b *Poſſit conſtitui ſine*
3 *inueſtitura.*] Quod † ſine inueſtitura, quæ ſignum eſt feudi neceſſarium, feudum nullo modo conſtitui poſſit, indicat Rolandus à Valle conſ. 50. num. 9. vol. 3. conſ. 1. num. 9. & 49 item conſ. 90. num. 24. volu. 4. eumque referens Borcholt. dict. Commentar. in conſuet. feud. c. 7. num. 2. & D. Obrechtus diſp. feud. 8. th. 1. & 2. *Harprec.*

QVAEST. XV.

1 **Q***Væro, nunquid feudum*
a *rectum* [a] *poſſit conſti-*
b *tui ſine inueſtitura ita vt habeat propriam naturam feudi, & ſit tranſitorium ad hæredes? Reſpond. in vſibus feudorum ſunt tex. in hac materia, qui inter ſe pugnare videntur. Nam in cap. 1. quib. mod. feud. conſtitui poteſt. expreſſe dicitur non poſſe feudū ſine inueſtitura conſtitui, etiā ſi quis domino iubente alicuius rei tanquam feudalis poſſeſſionem nanciſcatur. Contrarium autem decidi videtur in c. 1. de conſue. recti feudi, vbi dicitur, paria eſſe quod cōcedatur inueſtitura, vel quod domino iubente quis poſſeſſionē feudi nactus ſit. Tu dic ſecundum Aluarottū, quod illi tex. ita poſſunt ad concordiā recte reduci. Aut talis iuſſus eſt factus corā parib. curiæ, & tūc habet vim inueſtituræ, put expreſſe loquitur tex. in d. c. 1. de cōſuetudine recti feudi. Aut fit abſēte curia, & nihil operatur. Et ita procedit tex. in d. c. 1. qnib. mod. feu. cōſt. poteſt. Et hæc cōcordia cōmniter tenetur, ut ait. Zaſi. de feu. in 9. parte. col. 1. ver. Nec te lateat*

QVAESTIO XVI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Feudum an poſſit acquiri mediante pretio.*
2 *Et an tale feudum dicatur proprie feudum.*

Ex Additionibus.

1 *Num feudum emptum ſit proprium, an improprium.*
2 *Cui non competit definitio, ei nec definitum competit.*
3 *Beneficium ex mera beneuolentia proficiſcitur.*
4 *Feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore, & honore domini acquirendum.*

ADDITIONES.

a **M***Ediante pretio.*] Hic inſurgit pulcherrima dubitatio, an ſcilicet feuda capi poſſint in executione iudicati, uide per Iac. de S. Georg. remiſſiue in l. ſi cum vſufructuario, nu. 6. ff. ſi ex noxa. cau. agatur & in quæſt. feuda, quæſt. 31. numer. 39. Hic etiam ſcias, quod feudum mercenariū, vel cēſuale haud expirat per ſacros ordines nec per monachationem, ſed tranſit ad monaſteriū cum onere ſuo, per Iaſ. in conſ. 117. colum. 4. vol. 4. & Rol. in conſ. 23. nu. 14. poſt. Bal. cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut. *Giach.*

b *Nunquid talē feudū*
1 *emptum dicatur proprie feudum.*] quod † feudum emptum (quod ſcilicet interueniente pecunia acquiritur) feudis improprijs ſit adſcribendum, plerique Interpretes non ſine ra-
2 ratione concludunt. Primo † enim, cui non competit definitio feudi proprij, illi nec competit definitum. Atqui feudo empto uon competit definito feudi proprij, ſiue recti. Ergo feudum emptum non eſt feudum proprium, ſed improprium. Aſſumptio ſic demonſtratur: Feudum definitur per benefi-
3 cium in tit. 23 §. in primis, libro 2. F. Iam † vero feudum, quod pretio interueniente comparatur, non eſt beneficium. Siquidem beneficium ex mera beneuolentia tribuentis proficiſcitur: illudque tribuens ſponte ſua, pronaque affectione accipienti tribuit, dict. titul. 23. Atqui feudum, quod emitur pretio, non ex mera beneuolentia, & prona affectione concedentis proficiſcitur, vti omnibus patet. Sequitur igitur, feudnm emptum non eſſe proprium
4 feudum. Deinde † Feudiſta in titul. 27. in fine principij libro 1. F diſerte ſcribit: feudum (ſcilicet proprium) non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore, & honore domini acquirendum eſſe. Quæ verba ſatis arguunt: quod fendum per ſe, & ſua natura non interuentu pretij ſed amore ac honore ſolum domini, ſiue (vt in dict. titul. 23. libro 2. F. dicitnr) ex beneuolentia domini ſit acquirendum. Atq; ita docent, præter Clarum noſtrum, Curt. iun. de feud. part. 1. quæſt. 6. numer 14. Mozz. de diuiſ. feud. numer 37. Aretin. conſ. 164. Sylnan. conſ. 52. numer. 2. volum. 1. Brun. conſil. 14. num. 2 vol. 1. Corneus conſil. 239. numer. 21. volum. 1. Dec conſil. 286. in fin. Iaſon conſ. 1. in princip. & conſ. 24 num. 9 & conſ. 57. nu. 3. volum. 4.

QVAEST. XVI.

1 **Q***Væro, an feudum poſſit*
a *acquiri mediante* [a] *pretio? Reſpond. gloſſ. in capit. 1. de benef. frater. in gloſ. 1. tenuit quod à domino non poſſit feudum concedi mediante pecunia. Contraria tamen opin. ſcilicet, quod feuda poſſint emi obtinuit, vt dicit Zaſ. de feud. in 12. par. ver. 3. cōcluſio. ſubdens, quod eam Doct. plerique omnes ſequuntur. Et quod hæc opi. notiſſima conſuetudine recipiatur, dicit etiam Bald. in cap. 1. §. ex eadem lege nu. 2. de l. Corra. qnod ita eſt per cōſuetudine vſurpatum, & quod ita quotidie videmus caſtra, & villas enim, & uendi cum mero, & mixto imperio, &c.*

2 *Sed quæro, nunquid* [b] *ta-*
b *le feudum emptum dicatur*